

fl. 182.

78 N 14 [146]

fol

IN FVNERE

VIRI

MAGNIFICI, SVMME REVERENDI ATQVE  
DOCTISSIMI,

DOMINI  
IOANNIS SIMEONIS  
LINDINGER,

THEOLOGIAE DOCTORIS, EIVSDEMQVE UT ET  
LINGVARVM ORIENTAL ET HISTORIARVM PROFESSORIS PVBL.  
ORDINARI, ET RECTORIS PERPETVI ILL. GYMNASII ACAD.  
ANHALTINI, INSPECTORIS SCHOLAE TRIVIALIS AD ST.  
IOANNEM, ERVDITORVM BERNBVRGENSIVM  
TRIBVLIS ETC.

DE STUDIO AVCTORVM VETERVM  
CLASSICORVM,

CIVVIS ERVDITO MAXIME NECESSARIO,

NON NVLLA

PRAEFATVR

FRIEDERICVS GEORGIVS AVGVSTVS  
LOBETHAN, P. P.

---

SERVESTAE,

TYPIS IO. AVG. CHRIST. BÖHMII, ILL. GYMN. ACAD. CHALCOGRAPHI,  
MDCCCLXXXIII.



Kapsel 78 N 14 [146]

X 3165203

AK

**A**uctorum veterum Clasficorum, Graeciae Latique, notiam ad solidam eruditionem comparandam multum conferre, omnes non negant. Primordia studiorum ab hisce Auctoriis esse capienda iam dudum existimarent sapientes. Modo si ad causas, quare studium Auctorum clasficorum tanti momenti est, respexeris: non vnam esse eandemque Eruditorum de illis sententiam, mihi concedas necesse est. Enimvero nec de vi singulare eorum, animum humanum ad res magnas agendas & cogitandas impellendi incitandise, nec de solida litera tractandi ratione, quam demonstrant, nec de vberitate ingenii, quae ex iis elucet, nec de virtute eorum, ingenium & omnes ac singulare animi facultates componendi, regendi, corroborandi, sapientes, studium Auctorum clasficorum commendantes, cogitarunt semper. Plures horum sapientum substituerunt in verbis, resque neglexerunt; et dum solliciti fuerint, de Phrasologia Veterum & de crisi verborum, in iis obvenientium, nil amplius curarunt. Alii ad res quidem reipexere: at scientiarum fere omnium incrementa, quae demum Recentiorum studio atque industria sunt illae consecutae, non satius magni momenti habuere; saltem non ita magni, vt ne de materia scientiarum, quae in clasficiis Veterum scriptoribus occurrit, plus iusto magnam habuissent existimationem; hique non minus ac illi vsus peculiariis horum scriptorum postremam rationem plerunque habuerunt. Iam si dicendum quod res est, Autores clasfici, graeci & latini, in studio linguarum, seu *formarum & imaginum cogitationum*, tam lato, tam foecundo, tam alto, vtramque faciunt paginam omnino: ast et in scientiis, quas vulgo reales vocamus, vsus eorum est insignis; omnesque vana ratione tractantur, in omnibus non ita versamur; ac eruditum veri hominis decet, in quibus Autores clasfici *nobis non praeluent, menemque nostram non disponunt*. De nulla eruditionis parte hoc magis valet, quam de Historia & de Philosophia, speculativa praeferunt, his fulcris ac praesidiis scientiarum. Sed & de Theologia idem demonstravit cel. noster LINDINGERVS, cuius obitum praematurum, nunc lugent Mufae, in dissertatione sua inaugurali, habita Marburgi Cattorum A. MDCCCLX. Neque defuerunt, qui vsum Scriptorum Graeciae atque Latii in Jurisprudentia & in Arte salutari, plus vna ratione commonstrarunt. Nihil autem magis horum Scriptorum, tanquam subdivisorum omnis solidae doctrinae, vsum declarat, quam ipsa excellens eruditio & habitus sentiendi singularis Virorum, qui eos in succum & sanguinem verterunt, quicque finem, ob quem a nullo erudito sunt negligendi, sibi ante oculos positum habuerunt; nempe acumen ingenii, copiam verborum & phrasium vere elegantium, & exercitium iudicii sanioris.

Haec sunt, quae de vsum Scriptorum Graeciae atque Latii praefari tantum licuit in Virum, qui non modo exquisitissimam horum

horum Scriptorum collectionem sibi comparaverat, sed & iis familiarissime vtebatur; in Virum, cuius praestantiam & vim singularem in sermone latino amicus eius eruditus in literis ad me missis ita laudibus suis extollit:

"Sein Latein ist gewählt, rein, zierlich, sehr numerös, oder wohl fliegend. Der sel. D. Ernst Friedrich Bernsdorff in Wittenberg, mein gelehrter Freund bis ans Ende, hatte einen reinen, zierlichen, leichtfließenden lateinischen Stil, als Theolog, bei denen es immer etwas seltenes ist; allein er priet Hrn. D. Lindingers Stil gar sehr. — Der Augenschein giebt, daß Hrn. D. Lindingers lateinischer Stil aus großer Bekantheit mit den Alten, diesen ewigen Mysteriern aller Wortschönerde, entstanden ist. Seine Schrift, de Daemonc &c. ist so ganz kein Produkt der reinsten, saubersten, und schönsten Wortforching, mit der scharfsmigsten sachhistorischen Kenntniß und edelsten Freimuthigkeit verbunden."

Fuit is IOANNES SIMEON LINDINGER, dum in vivis esset, Theologiae Doctor, eiusdemque ut & linguarum orientalium & historiarum antiquitatumque Professor Publicus Ordinarius, Gymnasii Academicii Anhaltini, quod Servetiae floret, Rector Magnificus & perpetuus, Scholae Ioanneae Inspector, Testamendi nobilis gentis Hanftengeliae Tutor, Eruditorum Bernburgensis Iribus. Natus erat Stendaliae A. MDCCXXIII. IACOBO LINDINGER, Cive huius Vrbis principalis Veteris Marchiae Patre visus. Postquam in schola oppidana vrbis patriae prima scientiarum fundamenta posuerat, Berolinum petit & Halam, studiorum gratia. Studii academicis absolutis, moribus ac studiis Nobilis, cuiusdam praefuit, itemque Informator Orphanotrophei Kornmesserianae quod Berolini est, per aliquod tempus fuit. Deinde & quidem A. MDCCL. qua Rector Gymnasii Illustris Reformatorum Halam est vocatus. Et tandem

## SERENISSIMI PRINCIPES ANHALTINI REGENTES

eum Hala A. MDCCCLX. hoc vocarunt Rectorem & Professorem Gymnasii Academicii Anhaltini, cuius

## NVTRITORES CLEMENTISSIMI PRINCIPES ANHALTINI REGENTES

funt. Eodem quoque anno Gradum Doctoris Theologiae apud Marburgenses adiecit. Malo hypochondriaco, quo iam dum laboraverat, tandem plane succubuit, et XI. Calend. Decembr. MDCCCLXXXIII. in vivis esse defiit; VII. vero Calend. Decembr. e. a. ad funus eiusdem more solito ducendum dies est praefitutus.

Scripta,

Scripta, quibus Eruditos donavit, sunt (vt Orationes sollemnes, quas *de rebus externis in educationem redundantibus, de fatis doctrinæ salutaris, de natura actionum morali, de Theologo Christiano decori studio*, habuit variis occasionibus, praetermittam) haec sequentia:

- 1) Quid de nonnullis Lyceurgi institutis sit sentendum, contra Comitem Paferanum. 1751.
- 2) Beurtheilung des bey den Chinesern üblichen Unterrichtes der Jugend. 1752.
- 3) Geprüfter Entwurf der chinesischen Staats- und Jugend-Lehre und Fortsetzung desselben, 1753.
- 4) Untersuchung einiger unter den Römern üblichen Höflichkeitsbezeigungen. 1753.
- 5) Cultura iuuentutis romanae. Sect. I.-IV.
- 6) De educatoribus veterum Romanorum. 1756.
- 7) Nachricht von den alten Persern. 1756.
- 8) Die Athenienser. 1757.
- 9) Die Karthaginienser. 1757.
- 10) Die alten Römer. 1758.
- 11) Auf das Absterben des Hrn. Prof. d. Theol. J. G. Michaelis. 1758.
- 12) Die Spartaner. 1758.
- 13) Fortgesetzte Nachrichten von den Spartanern. 1759.
- 14) Beschluß der Nachrichten von den Spartanern. 1760.
- 15) Dis. de usu Scriptorum Graeciae ac Latii in Theologia Marb. 1760.
- 16) Predigten. 1761.
- 17) Staat und Charakter der Athenienser. Halle 1766.
- 18) Berühmte Staaten des Alterthums. Halle 1760. (qui liber in lingua Gallicam Lutetiae Parisiorum, & in lingua Russiacam est transversus.)
- 19) Commendatio studiorum iuris, Progr.
- 20) Christus decori Iudaici Cultor; contra Sam. Stryckium. Servest. 1774.
- 21) De Ebraeorum veterum arte medica, de daemone & daemoniacis. Serv. 1774. — de cuius libelli translatione in lingua belgicam, a Rützio quodam instituenda, iam alibi a me dictum est.

Scripta erudita *de furto per lancem & licium concepto; de venis daemonum effectis, religiose cultis; & de Hippocrene, seu aquae rima, quae edere constituerat,* (quantum equidem scio) ad finem haud perduxit.

„Gymnasium (haec verba Viri illius Magnifici & Eruditissimi, quae simili occasione literis confignavit ipse, nunc repetere mihi liceat) Gymnasium, Ascaniae decus, luget, lugent Musae Musis amicum, praecipiuntque lugubres cantus. — Praeterea mori nemo sapiens miserum duxit, mors enim non omnia delet, contra est commutatio vitae melioris, & quies laborum ac miseriarum, quam sapientes nunquam inviti oppetterunt.“

2. 182.

78 N 14 [146]

*fol.*  
IN FVNERE

VIRI

MAGNIFICI, SVMME REVERENDI ATQVE  
DOCTISSIMI,

DOMINI  
NIS SIMEONIS  
NDINGER,

DOCTORIS, EIVSDEMOV VE VT ET  
FAL. ET HISTORIARVM PROFESSORIS PVBL.  
CTORIS PERPETVI ILL. GYMNASII ACAD.  
PECTORIS SCHOLAE TRIVIALIS AD ST.  
ERVDITORVM BERNBVRGENSIVM  
TRIBVLIS ETC.

O AVCTORVM VETERVM  
CLASSICORVM,

VDITO MAXIME NECESSARIO,

NON NVILLA

PRAEFATVR

VS GEORGIVS AVGVSTVS  
LOBETHAN, P.P.

SERVESTÆ,

T. BÖHMII, ILL. GYMN. ACAD. CHALCOGRAPHI,  
MDCC LXXXIII.



Kopie 78 N 14 [146]

X 3165203

AK

| Farbkarte #13 |      |       |        |      |         |       |
|---------------|------|-------|--------|------|---------|-------|
| Blue          | Cyan | Green | Yellow | Red  | Magenta | White |
| Inches        | 1    | 2     | 3      | 4    | 5       | 6     |
| Centimetres   | 2.5  | 5.0   | 7.5    | 10.0 | 12.5    | 15.0  |
| 8             | 7    | 6     | 5      | 4    | 3       | 2     |
| 19            | 18   | 17    | 16     | 15   | 14      | 13    |